

141.

König Heinrich IV. schenkt der Stiftskirche zu Meissen zum Gedächtniss des Markgrafen Ekbert acht königliche Hufen zu Görlitz im Gau Milsca, deren Besitz ein gewisser Ozer verwirkt hat.

Goslar, 1071 Dec. 11.

Hdschr.: Or. Perg. Stiftsarchiv Meissen.

Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 1,35. (Facsimile im N. Laus. Magazin 31). Stumpf 2750.

Ann.: Vergl. Einl. 86 Anm. 17, 91 Anm. 44, 193 Anm. 166. S. A. 160 Anm. 17, 168 Anm. 44, 360 Anm. 166.

In dorso: Beneficium OZARI CHORELI (sec. XII.).

5

(C.) :In nomine sanctae et individuae trinitatis. Heinricus divina favente clementia rex. — — Unde in secula seculorum notum esse volumus, qualiter nos pro remedio animae marchionis Eggeberti^{a)} non modo secundum deum^{b)} proximi, sed etiam carnis iure propinqui, submonentibus etiam Berhta^{c)} et regni et tori^{d)} socia coeterisque fidelibus nostris videlicet Adalberto^{e)} Hammamburgensi archiepiscopo, Buggone^{f)} Halberstatensi, Uverinhero^{g)} Argentinensi^{h)}, Hezelinoⁱ⁾ Hildenesheimensi episcopis, sed et Bennonis^{k)} Misnensis episcopi servitii non immemores .viii. mansos regales in pago Milsca, sitos autem in villa Goreliz^{l)} sub comitatu Eggeberti filii praedicti^{m)} marchionis cum omnibus eorum appendiciis — — eidem praefatae aecclesiae Misnensi in proprium dedimus atque tradidimus. Eisdem autem mansos cum aliis quidam nomine Ozerⁿ⁾ in beneficium habuit, quibus culpis suis exigentibus non modo destitutus est, sed etiam capitis sententiae ad iudicatus, quem de^{o)} capitis tam^{p)} promerita truncatione quam de beneficii^{q)} non promerita possessione absolvimus. Possessos igitur mansos a nobis praefatae^{m)} Misnensi aecclesiae dedimus, ea autem conditione, ut, quicumque eorum possessor extiterit, omni evo in anniversario praedicti^{m)} marchionis defuncti pro animae eius commendatione a fratribus celebrata, plenum servitium eisdem fratribus subministret, quod etiam de vivo adhuc marchione Eggeberto, cum carnem terrae debitam deposuerit, statuentes eidem conditioni innectimus. — —

:Signum domni Heinrici quarti regis invic(M.)tissimi.: (S.J.)^{r)}

:Adalbero cancellarius vice Sigefridi archicancellarii recognovi.:

Data est .iii. id. decemb.^{s)} anno dominicae incarnationis millesimo^{t)} .LXXI., indictione .x., anno autem ordinationis domni Heinrici quarti regis .xvii., regni vero .xv.; actum est Goslarie^{u)}; feliciter amen^{v)}).

141. a) EGGBERTI. b) *dm auf Rasur.* c) BERHTA. d) tori über t ist der Ansatz zu h gemacht. e) aDALBERTO. f) BVGGONE. g) UVERINHERO. h) aRGENTINENSI. i) HEZELINO. k) BENNONIS. l) GORELIZ. m) p n) OZER. o) de corr. aus di. p) tam ist übergeschrieben. q) quā de bene auf Rasur. r) Breßlau, Heinrich IV. 3. s) id. decēb. t) mill. u) GOSLARIE. 35 v) aMHN.